B. T.

Tannery,
DIOPHANTUS.

DIOPHANTI ALEXANDRINI
OPERA OMNIA
CUM GRAECIS COMMENTARIIS.

EDIDIT ET LATINE INTERPRETATUS EST

PAULUS TANNERY.

VOLUMEN I
DIOPHANTI QUAE EXSTANT OMNIA CONTINENS.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MDCCCXCIII.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

PRAEFATIO.

De codicibus Diophanteis manu scriptis in altero huius editionis volumine fusius disputaturus, pauca hic tantum, et quae omnino necessaria, adnotabo.

Variantes lectiones collegi ex his fontibus:

A = codex Matritensis 48 (fol. 58—135) s. XIII nempe ante Maximum Planudem scriptus, et omnium, quorum ad nos notitia pervenit, antiquissimus.

B_1 = codex Marcianus 308 (fol. 50—272), s. XV, olim Bessarionis cardinalis et a Regiomontano anno 1464 Venetiae visus. Recensionem Planudeam commentariumque exhibet.

Ba = editio Diophanti, auctore Claudio Gaspare Bacheto Meziriaco, Lutetiae, 1621. Negligenda erat Fermatiana (Tolosae, 1670) quae textum eundem mendose repetivit.

B litera consensum B_1 et *Ba* significavi vel, quando eodem loco discrepans lectio *Ba* adnotata est, codicem B_1 solum; cuius compendii ratio mox patebit.

Praeterea quasdam auctoritates haud magna ex parte attuli:

V = codex Vaticanus graecus 191 (fol. 360—392) in Italia fere medio s. XV e codice A nondum corrupto descriptus. Nam valde dolendum est, in duobus prioribus praesertim libris, ad exemplar alicuius codicis alterius familiae (B) praestantissimum Matritensem sero ita exactum fuisse ut aliquando prior scriptura vel funditus erasa sit vel omnino legi nequeat: tunc ergo invocandus erat vetustissimus illius codicis A apographus, quem iamdiu sedulo contuleram.

Xylandri interpretatio latina, quae prima Basileae, 1575, prodiit, vix mihi usu fuit; Guelferbytanus codex Gudianus 1, s. XV, quem in promptu Xylandrum habuisse mihi persuasum est, vel e Marciano B_1 descriptus fuit, vel e simillimo quodam nunc deperdito, cuius decem folia (s. XIV) tantum salva exstant in Ambrosiano Et sup. 157.

Auria Neapolitanus, s. XVI exeunte, Xylandrea interpretatione et tribus Vaticanis codicibus usus (191, 304, 200), textum graecum conflavit in Parisino 2380 et Ambrosiano E 5 sup. servatum; haud raro Marte proprio lacunas supplevit, mendososque locos sanavit, quae omnia fucum antiquitatis facere non debent. Sed viri, mathematices haud inexperti graecisque literis eruditi, tentamina non prorsus despicienda erant; quaedam ex illis attuli, cum Bachetianis comparanda. Quoad praedictos Vaticanos codices, de n. 191, cuius n. 304 (s. XVI) apographus est, iam mentionem intuli; n. 200 ex Ambrosiano A 91 sup., ille ex B_1 descriptus est anno 1545.

Codicem Regium, nunc Parisinum 2379, cuius ope Bachetus suam editionem adornavit, Ioannes Hydruntinus post annum 1545 descripserat, Vaticanum gr. 200 in prioribus duobus libris, gr. 304 in aliis secutus. Eundem gr. 304 Sirmondus Bacheto ex parte transcribendum curaverat; Palatinus denique (nunc in

Vatic. biblioth. Palatinus gr. 391), de quo editor a Salmasio relationem accepit, a Xylandro ut typis mandaretur, paratus fuerat.

De quibus certior factus, Diophanteis octo codicibus integris collatis, aliisque quattuordecim sine fructu excussis, haud dubitavi quin Matritensis A ut fons praecipuus, imo propemodum unicus, mihi eligendus foret; etenim Planudea recensio B omnibus fere mendis mire consentit, perpaucis locis tantum ad arbitrium mutatis in prioribus duobus libris aut quibusdam vocibus ad normam graece loquendi adactis. Sed Alexandrinum hominem, tertio post Chr. natum saeculo mathematica scribentem, purissimi sermonis exemplar exhibuisse et nunquam apud grammaticos offendisse vix mihi persuasum erit; barbarismos tantum, ex oscitantia librariorum ortos, tollere satis erat.

Ne in immensum variantium lectionum farrago cresceret, multas, utpote ad scopum criticum prorsus inutiles, consulto omisi, de quibus tamen peculiaris sermo mihi nunc instituendus est, ut a falsis opinionibus lector caveat.

In primis monendum est problematum numeros ordinales in codice A sera manu insertos esse ex manuscripto familiae B, nullos antea fuisse; discrepantiam inter A et B_1 in sexto libro tantum invenies, quam notavi, ex errore manifesto in B_1 ortam. Ceterorum codicum ea de re magna dissensio est, nulla auctoritas; numeros Bachetianos, romanis notis tantum expressos et commentario Planudeo male accomodatos, in margine interpretationis latinae indicavi.

Ad alia maioris momenti transeundum est.

Mihi in primis cordi erat ad Diophanti mentem restituere technicorum compendiorum, ne dicam notarum algebraicarum usum, quem in editione Bacheti inconstantem, imo male perversum iudicabam. Statim animadverti in codicibus A et B_1 pariter priorum librorum compendia fere ubique, ultimorum interdum resoluta esse; quod librario deperditi archetypi qui VIII vel IX s. scriptus nostrorum codicum fons communis fuit, verisimiliter tribuendum est. Etenim, ut alios errores inde ortos omittam, quos in apparatu critico notavi, multimodis prave imo pessime finalibus voces affectae sunt, quae methodice per compendia scribendae fuerant; quum Diophanteus usus ex articulorum casibus aliunde certe dignoscitur, talia omnino corrupta esse patent. Ergo statui, nulla codicum ratione habita, compendia[1]) pro vocibus, et interdum voces pro compendiis ponere, sicut a Diophanto ipso ea posita fuisse iudicavi; nullas finales syllabas compendiis addere (nisi perraro, ob perspicuitatem), etsi in codicibus contrarius usus constanter observetur; nullam casuum varietatem in notis criticis indicare, quoties de compendio in textu recepto agebatur; quae audaciora fortasse quibusdam dicenda

1) Praeter ea quae in prooemio (p. 4—12) Diophantus ipse declaravit, alia compendia iisdem causis pluribus in locis sine finalibus tacite reposui: $\beta^{\pi\lambda.}$ = *διπλασ(ίων)*, $\gamma^{\pi\lambda.}$ = *τριπλασ(ίων)* etc.; varietate lectionum *διπλάσ(ιος)*, *τριπλάσ(ιος)* nihilominus indicata: $\pi^{\lambda.}$ = *πλευρ(ά)*; *γί.* = *γίνεται* vel *γίνονται*, etc.; *ἴσ.*, aequalitatis nota, varie secundum phrasin legenda; contra finales syllabas compendio $\square$ = *τετράγων(ος)* addidi, sicut tacite literis ordinalibus, $\alpha^{o\varsigma}$ = *πρῶτος*, $\beta^{o\varsigma}$ = *δεύτερος*, etc.; quanquam in codicibus persaepe solo accentu notentur.

sunt; sed haud semel perpensa omnium neglectarum lectionum farragine, nullum inde fructum colligi posse mihi certum est. Ut exemplum unicum proferam, quae fides librario habenda est cuius non maximum vitium fuit *μονάδαι* pro *μονάδες* scribere?

Attamen, ut meam sententiam declararem, nempe Diophantea compendia scripturae non lectionis esse, ideoque secundum voces canonice declinatas enuntianda esse, ad hanc hypothesin encliticorum accentuum usum adegi.

De compendiorum figuris nisi quoad vocem *ἀριθμός*, pauca mihi dubitatio fuit; hoc tantum monitum sit, initialium literarum *Δ*, *K*, *M*, unciales formas in codice A servatas esse, etsi in B_1 minusculae praevaleant. In nota ϛ contra eligenda diu ambiguus haesi; talem formam vix vere inveni in B_1, nisi in loco definitionis (p. 6, 5). Similis eodem loco apparet in A, sed charta erasa fuit, notaque posteriore manu refecta. Fere ubique alibi (nempe post priores libros, ubi compendium plerumque, ut dixi, resolutum est) forma, utpote parum commoda, mutata est; in B_1 accedit ad eam quam Bachetus expressit, scilicet ς; in A longe alia invenitur, nempe ɥ. Notandum est insuper in utroque codice, quoties pluralis numerus est, compendium duplicari (ςς vel ɥɥ).

Fateor igitur haud firmissima auctoritate formam ϛ niti; attentius tamen omnia mihi perpendenti persuasum est, ex pluribus inter voces *καὶ* et *ἀριθμός* confusionibus, compendia utrimque similia fuisse (quod reperitur in forma ϛ) saltem in eo codice ex quo descriptus est ille pessimus nostrorum archetypus; genuinam Diophantei compendii figuram conii-cere vix conandum esse, quum librarius quisque ex usu temporis sui mutationibus haud pepercerit; dupli-cationem compendii in plurali numero, utpote ex norma scribendi derivatam quam omnes Byzantini scribae didicerunt, sed haud agnoverat Diophantus, omnino reiiciendam esse; de quo ampliora in altero volumine disseram.

Similia dicam de signo $\times$, ex coniectura electo (p. 6, 21) inter innumeras formas quas praebent codices; sed in re minoris momenti immorari nolo.

Fractionum denominatores supra lineam ubique scripsi; idem enim fecisse visa est prima manus codicis A, raris saltem in locis qui in testimonium vocari possunt; notandum est enim paulo diversum fuisse usum Maximi Planudis, qui pro *τρία τέταρτα*, exempli gratia, scribebat $\bar{\gamma}^{\delta'}$. Inde in duobus priori-bus libris, quos commentatus est, similiter notati denominatores inveniuntur in codice B_1 et posteriore manu in A, ubi eos prima ubique omiserat. In quattuor ultimis libris, uterque codex nullos omnino denomi-natores exhibet, nisi ubi contrarium in critico appa-ratu notatum est. Pariter omissos fuisse denomina-tores in communi fonte patet; cuius negligentiae facilius ratio affertur si supra lineam scripti cum glossematibus inexperto librario expungendi visi sunt, quam si Planudeus modus, quem secutus est Bachetus, antea adhibitus fuisset[1]).

1) Attamen a Diophanto ipso denominatorem omitti po-tuisse credidi, quandocumque iam prius expressus numerus supra alios numeratores mox repetendus erat; tunc enim

De nova interpretatione mea quid dicam? Quum graecus sermo in disciplinis tradendis perspicuitate latinum multo superet, mataeotechnia fuisset, ut cum Vieta loquar, si veterum translatorum viam secutus, Diophantea aliquando propter brevitatem obscura per obscuriora explicare voluissem. Hodiernas igitur locu-tiones technicas notasque algebraicas quas vocant accepi et auctoris sensui quantum potui accomodavi, vix quemquam monendum putans Diophanteos modos loquendi in latino textu haud quaerendos esse. Ratio-nem qua usus sum ut non minus fidelitati erga auctorem quam plurimorum lectorum utilitati consu-lerem, in indicibus alterius voluminis explicabo.

Superest ut duo typographorum menda tollenda esse indicem:

p. 106, 1 in adnotatione critica signum ⩚ omis-sum fuit ante *ἑκατέρου* A. — 384, 25 legendum *ὁσασδήποτε*.

Scribebam Parisiis mense Octobris MDCCCXCII.

nullus ambiguitati locus est, quum ante numeros integros nota $\overset{\circ}{M}$ unitatis constanter inveniatur, ante fractionum nume-ratores deficiat.

Denominatorem unitati (neque binario in fractione $\frac{2}{3}$) suprascriptum fuisse nunquam cum Bacheto credidi, quum vulgarem usum de partibus aliquotis unitatis Diophantus omnino sequi videatur; fateor tamen quibusdam in locis ea de re graviter dubitandum esse meamque sententiam in altero volumine altius excutiendam fore.

DIOPHANTI ALEXANDRINI

ARITHMETICORUM

LIBRI SEX.

DE POLYGONIS NUMERIS

LIBER.

ΔΙΟΦΑΝΤΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

ΑΡΙΘΜΗΤΙΚΩΝ Α.

Τὴν εὕρεσιν τῶν ἐν τοῖς ἀριθμοῖς προβλημάτων,
τιμιώτατέ μοι Διονύσιε, γινώσκων σε σπουδαίως ἔχοντα
μαθεῖν, [ὀργανῶσαι τὴν μέθοδον] ἐπειράθην, ἀρξά-
μενος ἀφ᾽ ὧν συνέστηκε τὰ πράγματα θεμελίων, ὑπο-
στῆσαι τὴν ἐν τοῖς ἀριθμοῖς φύσιν τε καὶ δύναμιν.

Ἴσως μὲν οὖν δοκεῖ τὸ πρᾶγμα δυσχερέστερον,
ἐπειδὴ μήπω γνώριμόν ἐστιν, δυσέλπιστοι γὰρ εἰς
κατόρθωσίν εἰσιν αἱ τῶν ἀρχομένων ψυχαί, ὅμως δ᾽
εὐκατάληπτόν σοι γενήσεται, διά τε τὴν σὴν προθυ-
μίαν καὶ τὴν ἐμὴν ἀπόδειξιν· ταχεῖα γὰρ εἰς μάθησιν
ἐπιθυμία προσλαβοῦσα διδαχήν.

Ἀλλὰ καὶ πρὸς τοῖσδε γινώσκοντί σοι πάντας τοὺς
ἀριθμοὺς συγκειμένους ἐκ μονάδων πλήθους τινός,
φανερὸν καθέστηκεν εἰς ἄπειρον ἔχειν τὴν ὕπαρξιν.
τυγχανόντων δὴ οὖν ἐν τούτοις

ὧν μὲν τετραγώνων, οἵ εἰσιν ἐξ ἀριθμοῦ τινος ἐφ᾽
ἑαυτὸν πολυπλασιασθέντος· οὗτος δὲ ὁ ἀριθμὸς καλεῖ-
ται πλευρὰ τοῦ τετραγώνου·

ὧν δὲ κύβων, οἵ εἰσιν ἐκ τετραγώνων ἐπὶ τὰς αὐ-
τῶν πλευρὰς πολυπλασιασθέντων,

1—2 Titulum om. *Ba*. 5 ὀργανῶσαι τὴν μέθοδον om. A. 19
9 ἐστιν in compend. A, ἐστι B. 11 τε om. *Ba*.

DIOPHANTI ALEXANDRINI

ARITHMETICORUM LIBER PRIMUS.

Solutionem arithmeticorum problematum discendam, honoratissime mihi Dionysi, quum te nossem cordi habere, tentavi, initio sumpto ab iis quibus constituta est materia fundamentis, numerorum et naturam et vim exponere.

Fortasse difficilior videtur res quae nondum familiaris est, nam male sperant incipientium animi; prompta tamen tibi fiet, alacritatis tuae demonstrationisque meae gratia; celer enim in discendo cupiditas doctrinam accipiens.

Sed et haec nosti et omnes numeros compositos esse Def. I
ex aliqua unitatum quantitate; clarum est in infinitum progredi augmentum. Inter eos existentibus nempe:

aliis quidem quadratis qui fiunt ex aliquo numero in seipsum multiplicato, qui numerus vocatur *latus* [radix] quadrati;

aliis vero cubis, qui fiunt ex quadratis in radices ipsorum multiplicatis;

πολλαπλ. B (item infra 22, p. 4, 2, 4, 7, 8). 21/22 αὐτῶν A *Ba*, ἑαυτῶν B.

ὧν δὲ δυναμοδυνάμεων, οἵ εἰσιν ἐκ τετραγώνων ἐφ' ἑαυτοὺς πολυπλασιασθέντων,

ὧν δὲ δυναμοκύβων, οἵ εἰσιν ἐκ τετραγώνων ἐπὶ τοὺς ἀπὸ τῆς αὐτῆς αὐτοῖς πλευρᾶς κύβους πολυπλασιασθέντων,

ὧν δὲ κυβοκύβων, οἵ εἰσιν ἐκ κύβων ἐφ' ἑαυτοὺς πολυπλασιασθέντων, ἔκ τε τῆς τούτων ἤτοι συνθέσεως ἢ ὑπεροχῆς ἢ πολυπλασιασμοῦ ἢ λόγου τοῦ πρὸς ἀλλήλους ἢ καὶ ἑκάστων πρὸς τὰς ἰδίας πλευρὰς συμβαίνει πλέκεσθαι πλεῖστα προβλήματα ἀριθμητικά· λύεται δὲ βαδίζοντός σου τὴν ὑποδειχθησομένην ὁδόν.

Ἐδοκιμάσθη οὖν ἕκαστος τούτων τῶν ἀριθμῶν συντομωτέραν ἐπωνυμίαν κτησάμενος στοιχεῖον τῆς ἀριθμητικῆς θεωρίας εἶναι· καλεῖται οὖν ὁ μὲν τετράγωνος **δύναμις** καὶ ἔστιν αὐτῆς σημεῖον τὸ Δ ἐπίσημον ἔχον Υ, Δ^{Υ} δύναμις·

ὁ δὲ **κύβος** καὶ ἔστιν αὐτοῦ σημεῖον K ἐπίσημον ἔχον Υ, K^{Υ} κύβος·

ὁ δὲ ἐκ τετραγώνου ἐφ' ἑαυτὸν πολυπλασιασθέντος **δυναμοδύναμις** καὶ ἔστιν αὐτοῦ σημεῖον δέλτα δύο ἐπίσημον ἔχοντα Υ, $\Delta^{\Upsilon}\Delta$ δυναμοδύναμις·

ὁ δὲ ἐκ τετραγώνου ἐπὶ τὸν ἀπὸ τῆς αὐτῆς αὐτῷ πλευρᾶς κύβου πολυπλασιασθέντος **δυναμόκυβος** καὶ ἔστιν αὐτοῦ σημεῖον τὰ ΔK ἐπίσημον ἔχοντα Υ, ΔK^{Υ} δυναμόκυβος·

ὁ δὲ ἐκ κύβου ἑαυτὸν πολυπλασιάσαντος **κυβό-**

4 πολλαπλασιασθέντων A hic ut B. 7 συνθέσεος *Ba.* 9 ἢ καὶ ἑκάστου ἢ καὶ ἑκάστων AB. 12 ἐδοκιμάσθη . . . εἶναι (14) om. *Ba.* 15 αὐτῆς B, αὐτῇ A, αὐτῇ *Ba.* 16 δύναμις habet A ante Δ^{Υ}, om. B. 17 ὁ δὲ] ἐκ τετραγώνου ἐπὶ τὸν αὐτοῦ πλευρὰν πολλαπλασιασθέντος supplet *Ba.* 18 κύβος (post K^{Υ}) om. B. 19 πολλαπλ. AB. 21 ἔχοντα om. *Ba.* 23 πολυπλασιασθεὶς A, πολλαπλασιασθεὶς B, πολλαπλασιασθέντος corr. *Ba.* 24 τὰ] τὸ A *Ba*, om. B. ἔχοντα] ἔχον τὸ *Ba.* 25 δυναμόκυβος om. B. 26 πολλαπλ. B.

aliis biquadratis, qui fiunt ex quadratis in seipsos multiplicatis;

aliis *quadratocubis* [quintae potentiae], qui fiunt ex quadratis multiplicatis in cubos ab eadem qua ipsi radice;

aliis *cubocubis* [sextae potentiae], qui fiunt ex cubis in seipsos multiplicatis;

illorum sive additione, sive subtractione, sive multiplicatione, sive divisione vel inter se vel singulorum cum propriis radicibus, contingit texi plurima problemata arithmetica; solvuntur vero, si eam quae subinde ostendetur viam gradiris.

Compertum est illorum numerorum quemque, breviorem designationem nactum, theoriae arithmeticae elementum esse. Def. II

Ita vocatur hic quidem, quadratus nempe, *dynamis* et est huius signum Δ habens Υ indicem: Δ^{Υ} [x^2].

Ille autem *cubus* et est illius signum K habens Υ indicem: K^{Υ} [x^3].

Qui vero ex quadrato in se ipsum multiplicato, *dynamodynamis*, cuius signum est duo Δ habentia Υ indicem: $\Delta^{\Upsilon}\Delta$ [x^4].

Qui ex quadrato in cubum ab eadem radice qua ipse multiplicato, *dynamocubus*, cuius signum est ΔK, habentia Υ indicem: ΔK^{Υ} [x^5].

Qui ex cubo seipsum multiplicante, *cubocubus*, cuius signum est duo K, habentia Υ indicem: $K^{\Upsilon}K$ [x^6].

κυβος καὶ ἔστιν αὐτοῦ σημεῖον δύο κάππα ἐπίσημον ἔχοντα Υ, $K^{Y}K$ κυβόκυβος.

ὁ δὲ μηδὲν τούτων τῶν ἰδιωμάτων κτησάμενος, ἔχων δὲ ἐν ἑαυτῷ πλῆθος μονάδων ἀόριστον, ἀριθμὸς καλεῖται καὶ ἔστιν αὐτοῦ σημεῖον τὸ ϛ.

ἔστι δὲ καὶ ἕτερον σημεῖον τὸ ἀμετάθετον τῶν ὡρισμένων ἡ μονὰς καὶ ἔστιν αὐτῆς σημεῖον τὸ Μ ἐπίσημον ἔχον τὸ Ο, $\overset{\circ}{M}$.

Ὥσπερ δὲ τῶν ἀριθμῶν τὰ ὁμώνυμα μόρια παρομοίως καλεῖται τοῖς ἀριθμοῖς, τοῦ μὲν τρία τὸ τρίτον, τοῦ δὲ τέσσαρα τὸ τέταρτον, οὕτως καὶ τῶν νῦν ἐπονομασθέντων ἀριθμῶν τὰ ὁμώνυμα μόρια κληθήσεται παρομοίως τοῖς ἀριθμοῖς·

τοῦ μὲν ἀριθμοῦ,	τὸ ἀριθμοστόν,
τῆς δὲ δυνάμεως,	τὸ δυναμοστόν,
τοῦ δὲ κύβου,	τὸ κυβοστόν,
τῆς δὲ δυναμοδυνάμεως,	τὸ δυναμοδυναμοστόν,
τοῦ δὲ δυναμοκύβου,	τὸ δυναμοκυβοστόν,
τοῦ δὲ κυβοκύβου,	τὸ κυβοκυβοστόν·

ἕξει δὲ ἕκαστον αὐτῶν ἐπὶ τὸ τοῦ ὁμωνύμου ἀριθμοῦ σημεῖον γραμμὴν ✕ διαστέλλουσαν τὸ εἶδος.

Ἐκθέμενος οὖν σοι τὴν ἑκάστου τῶν ἀριθμῶν ἐπωνυμίαν, ἐπὶ τοὺς πολυπλασιασμοὺς αὐτῶν μεταβήσομαι· ἔσονται δέ σοι καταφανεῖς διὰ τὸ προδεδηλῶσθαι σχεδὸν διὰ τῆς ὀνομασίας.

---

2 κυβόκυβος om. B. 4 ἑαυτῷ] αὐτῷ A. ἀόριστον, ἀριθμὸς Psellus, ἄλογος ϛ̀ AB (ἄλογον propos. *Ba*). 7 ὡρισμίων male *Ba*. αὐτῆς B, αὐτῇ A, αὐτῇ *Ba*. 9/10 παρομοίως] παρονύμως *Ba* (item 13). 17 δὲ om. *Ba*. 21 signum ✕ restitui: ἔχον AB. 23 πολλαπλ. AB. μεταβλήσομαι *Ba*. 25 διὰ τῆς] ἀπὸ τῆς B.

Qui vero nullam talem proprietatem possidet, continet autem in seipso quantitatem unitatum indeterminatam, vocatur *arithmus* [incognitus] et huius signum est ϛ [x].

Est quoque aliud signum, quod in determinatis constans est, unitas, cuius signum est M habem O indicem: $\overset{\circ}{M}$[1]).

Quemadmodum numeris cognomines fractiones aliquotae a numeris derivative vocantur, a 3 triens $\left[\frac{1}{3}\right]$, a 4 quadrans $\left[\frac{1}{4}\right]$, ita cognomines numeris illis supra nominatis fractiones aliquotae ab illis numeris derivative vocabuntur. Def. III

Si denominator est x (arithmus), dicemus *arithmoston* $\left[\frac{1}{x}\right]$; si x^2 (dynamis), *dynamoston* $\left[\frac{1}{x^2}\right]$; si x^3 (cubus), *cuboston* $\left[\frac{1}{x^3}\right]$; si x^4 (dynamodynamis), *dynamodynamoston* $\left[\frac{1}{x^4}\right]$; si x^5 (dynamocubus), *dynamocuboston* $\left[\frac{1}{x^5}\right]$; si x^6 (cubocubus), *cubocuboston* $\left[\frac{1}{x^6}\right]$.

Habebit unaquaeque harum fractionum super signum cognominis numeri lineam ✕ quae discernat speciem.

Exposita tibi uniuscuiusque numerorum appellatione, ad multiplicationem illorum transeo. Erit tibi evidens, quum fere iam declarata fuerit ab ipsa appellatione. Def. IV

---

1) Nullo signo pro unitate in versione utemur.

Ἀριθμὸς μὲν ἐπὶ ἀριθμὸν πολυπλασιασθεὶς ποιεῖ δύναμιν,

	ἐπὶ δὲ δύναμιν,	κύβον,
	ἐπὶ δὲ κύβον,	δυναμοδύναμιν,
	ἐπὶ δὲ δυναμοδύναμιν,	δυναμόκυβον,
	ἐπὶ δὲ δυναμόκυβον,	κυβόκυβον.
Δύναμις δὲ	ἐπὶ μὲν δύναμιν,	δυναμοδύναμιν,
	ἐπὶ δὲ κύβον,	δυναμόκυβον,
	ἐπὶ δὲ δυναμοδύναμιν,	κυβόκυβον.
Κύβος δὲ	ἐπὶ κύβον,	κυβόκυβον.

Πᾶς δ' ἀριθμὸς ἐπὶ τὸ ὁμώνυμον αὐτοῦ μόριον πολυπλασιασθεὶς μονάδα ποιεῖ.

Τῆς οὖν μονάδος ἀμεταθέτου οὔσης καὶ ἑστώσης ἀεί, τὸ πολυπλασιαζόμενον εἶδος ἐπ' αὐτὴν αὐτὸ τὸ εἶδος ἔσται.

Τὰ δ' ὁμώνυμα μόρια ἐφ' ἑαυτὰ πολυπλασιαζόμενα ποιήσει ὁμώνυμα μόρια τοῖς ἀριθμοῖς·

οἷον τὸ μὲν ἀριθμοστὸν

ἐπὶ τὸ ἀριθμοστόν,	δυναμοστὸν ποιεῖ,
ἐπὶ δὲ δυναμοστόν,	κυβοστόν,
[ἐπὶ δὲ κυβοστόν,	δυναμοδυναμοστόν,
ἐπὶ δὲ δυναμοδυναμοστόν,	δυναμοκυβοστόν,
ἐπὶ δὲ τὸ δυναμοκυβοστόν,	κυβοκυβοστόν,]

καὶ τοῦτο ὁμωνύμως συμβήσεται.

1 μὲν ἐπὶ A, ἐπὶ μὲν B, μὲν οὖν ἐπὶ *Ba.* πολλαπλ. B (item 12, 14, 16). 7 δύναμιν] ποιεῖ add. *Ba.* 11 δ' om. B. 12 πολλαπλ. A hic ut B. 16 δὲ B. 21 ἐπὶ δὲ κυβοστὸν ...... κυβοκυβοστόν (23) om. A. 23 τὸ om. *Ba.* 24 συμβλήσεται *Ba.* Post συμβήσεται, B sic pergit: δυναμοστὸν δὲ ἐπὶ μὲν ἀριθμοστὸν κυβοστὸν ποιεῖ· ἐπὶ δὲ δυναμοστόν, δυναμοδυναμοστόν· ἐπὶ δὲ κυβοστόν, δυναμοκυβοστόν· ἐπὶ δὲ δυναμοδυναμοστόν, κυβοκυβοστόν. Τὸ δὲ κυβοστὸν ἐπὶ μὲν ἀριθμοστὸν ποιεῖ δυναμοδυναμοστόν· ἐπὶ δὲ δυναμοστόν, δυναμοκυβοστόν· ἐπὶ δὲ κυβο-

$$x \times x = x^2$$
$$x \times x^2 = x^3$$
$$x \times x^3 = x^4$$
$$x \times x^4 = x^5$$
$$x \times x^5 = x^6.$$

$$x^2 \times x^2 = x^4$$
$$x^2 \times x^3 = x^5$$
$$x^2 \times x^4 = x^6.$$

$$x^3 \times x^3 = x^6.$$

Omnis numerus in fractionem aliquotam ab ipso denominatam multiplicatus, unitatem facit. Def. V

Quum unitas invariabilis et semper constans sit, in eam multiplicata species eadem species remanet. Def. VI

Fractiones aliquotae inter se multiplicatae facient fractiones aliquotas producto denominatorum cognomines: Def. VII

Sic
$$\frac{1}{x} \times \frac{1}{x} = \frac{1}{x^2}$$
$$\frac{1}{x} \times \frac{1}{x^2} = \frac{1}{x^3}$$
$$\left[\frac{1}{x} \times \frac{1}{x^3} = \frac{1}{x^4}\right.$$
$$\frac{1}{x} \times \frac{1}{x^4} = \frac{1}{x^5}$$
$$\left.\frac{1}{x} \times \frac{1}{x^5} = \frac{1}{x^6}\right],$$

secundum id quod in numeris cognominibus evenit.

στόν, κυβοκυβοστόν. Τὸ δὲ δυναμοδυναμοστὸν ἐπὶ μὲν ἀριθμοστὸν δυναμοκυβοστὸν ποιεῖ· ἐπὶ δὲ δυναμοστόν, κυβοκυβοστόν. Τὸ δὲ δυναμοκυβοστὸν ἐπὶ ἀριθμοστόν, κυβοκυβοστόν. Πάλιν δὲ τὸ μὲν ἀριθμοστὸν ἐπὶ μὲν δύναμιν ἀριθμὸν ποιεῖ· ἐπὶ δὲ κύβον (p. 10, 3).

Ἀριθμοστὸν δὲ

ἐπὶ μὲν δύναμιν,	ἀριθμόν,
ἐπὶ δὲ κύβον,	δύναμιν,
ἐπὶ δὲ δυναμοδύναμιν,	κύβον,
ἐπὶ δὲ δυναμόκυβον,	δυναμοδύναμιν,
ἐπὶ δὲ κυβόκυβον,	δυναμόκυβον.

Δυναμοστὸν δὲ

ἐπὶ μὲν ἀριθμόν,	ἀριθμοστόν,
ἐπὶ δὲ κύβον,	ἀριθμόν,
ἐπὶ δὲ δυναμοδύναμιν,	δύναμιν,
ἐπὶ δὲ δυναμόκυβον,	κύβον,
ἐπὶ δὲ κυβόκυβον,	δυναμοδύναμιν.

Κυβοστὸν δὲ

ἐπὶ μὲν ἀριθμόν,	δυναμοστόν,
ἐπὶ δὲ δύναμιν,	ἀριθμοστόν,
ἐπὶ δὲ δυναμοδύναμιν,	ἀριθμόν,
ἐπὶ δὲ δυναμόκυβον,	δύναμιν,
ἐπὶ δὲ κυβόκυβον.	κύβον.

5 δὲ om. *Ba* (item 6).

Def. VIII

$$\frac{1}{x} \times x^2 = x$$
$$\frac{1}{x} \times x^3 = x^2$$
$$\frac{1}{x} \times x^4 = x^3$$
$$\frac{1}{x} \times x^5 = x^4$$
$$\frac{1}{x} \times x^6 = x^5.$$

$$\frac{1}{x^2} \times x = \frac{1}{x}$$
$$\frac{1}{x^2} \times x^3 = x$$
$$\frac{1}{x^2} \times x^4 = x^2$$
$$\frac{1}{x^2} \times x^5 = x^3$$
$$\frac{1}{x^2} \times x^6 = x^4.$$

$$\frac{1}{x^3} \times x = \frac{1}{x^2}$$
$$\frac{1}{x^3} \times x^2 = \frac{1}{x}$$
$$\frac{1}{x^3} \times x^4 = x$$
$$\frac{1}{x^3} \times x^5 = x^2$$
$$\frac{1}{x^3} \times x^6 = x^3.$$

Δυναμοδυναμοστὸν δὲ

ἐπὶ μὲν ἀριθμόν,	κυβοστόν,
ἐπὶ δὲ δύναμιν,	δυναμοστόν,
ἐπὶ δὲ κύβον,	ἀριθμοστόν,
ἐπὶ δὲ δυναμόκυβον,	ἀριθμόν,
ἐπὶ δὲ κυβόκυβον,	δύναμιν.

Δυναμοκυβοστὸν δὲ

ἐπὶ μὲν ἀριθμόν,	δυναμοδυναμοστόν,
ἐπὶ δὲ δύναμιν,	κυβοστόν,
ἐπὶ δὲ κύβον,	δυναμοστόν,
ἐπὶ δὲ δυναμοδύναμιν,	ἀριθμοστόν,
ἐπὶ δὲ κυβόκυβον,	ἀριθμόν.

Τὸ δὲ κυβοκυβοστὸν

ἐπὶ μὲν ἀριθμόν,	δυναμοκυβοστόν,
ἐπὶ δὲ δύναμιν,	δυναμοδυναμοστόν,
ἐπὶ δὲ κύβον,	κυβοστόν,
ἐπὶ δὲ δυναμοδύναμιν,	δυναμοστόν,
ἐπὶ δὲ δυναμόκυβον,	ἀριθμοστόν.

Λεῖψις ἐπὶ λεῖψιν πολλαπλασιασθεῖσα ποιεῖ ὕπαρξιν, λεῖψις δὲ ἐπὶ ὕπαρξιν ποιεῖ λεῖψιν, καὶ τῆς λείψεως σημεῖον Ψ ἐλλιπὲς κάτω νεῦον, ⋔.

21 ἐλλειπὲς A

$$\frac{1}{x^4}\times x = \frac{1}{x^3}$$
$$\frac{1}{x^4}\times x^2 = \frac{1}{x^2}$$
$$\frac{1}{x^4}\times x^3 = \frac{1}{x}$$
$$\frac{1}{x^4}\times x^5 = x$$
$$\frac{1}{x^4}\times x^6 = x^2.$$

$$\frac{1}{x^5}\times x = \frac{1}{x^4}$$
$$\frac{1}{x^5}\times x^2 = \frac{1}{x^3}$$
$$\frac{1}{x^5}\times x^3 = \frac{1}{x^2}$$
$$\frac{1}{x^5}\times x^4 = \frac{1}{x}$$
$$\frac{1}{x^5}\times x^6 = x.$$

$$\frac{1}{x^6}\times x = \frac{1}{x^5}$$
$$\frac{1}{x^6}\times x^2 = \frac{1}{x^4}$$
$$\frac{1}{x^6}\times x^3 = \frac{1}{x^3}$$
$$\frac{1}{x^6}\times x^4 = \frac{1}{x^2}$$
$$\frac{1}{x^6}\times x^5 = \frac{1}{x}.$$

Minus multiplicatum in minus facit plus et minus in plus facit minus. Def. IX

Signum negationis est Ψ truncatum deorsum vergens ⋔ [—].

Καὶ τῶν πολλαπλασιασμῶν σοι σαφηνισθέντων, φανεροί εἰσιν οἱ μερισμοὶ τῶν προκειμένων εἰδῶν. καλῶς οὖν ἔχει ἐναρχόμενον τῆς πραγματείας συνθέσει καὶ ἀφαιρέσει καὶ πολλαπλασιασμοῖς τοῖς περὶ τὰ εἴδη γεγυμνάσθαι, καὶ πῶς εἴδη ὑπάρχοντα καὶ λείποντα μὴ ὁμοπληθῆ προσθῇς ἑτέροις εἴδεσιν, ἤτοι καὶ αὐτοῖς ὑπάρχουσιν, ἢ καὶ ὁμοίως ὑπάρχουσι καὶ λείπουσι, καὶ πῶς ἀπὸ ὑπαρχόντων εἰδῶν καὶ ἑτέρων λειπόντων ὑφέλῃς ἕτερα ἤτοι ὑπάρχοντα, ἢ καὶ ὁμοίως ὑπάρχοντα καὶ λείποντα.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἐὰν ἀπὸ προβλήματός τινος γένηται εἴδη τινὰ ἴσα εἴδεσι τοῖς αὐτοῖς, μὴ ὁμοπληθῆ δέ, ἀπὸ ἑκατέρων τῶν μερῶν δεήσει ἀφαιρεῖν τὰ ὅμοια ἀπὸ τῶν ὁμοίων, ἕως ἂν ἓν εἶδος ἑνὶ εἴδει ἴσον γένηται. ἐὰν δέ πως ἐν ὁποτέρῳ ἐνυπάρχῃ ἢ ἐν ἀμφοτέροις ἐν ἐλλείψεσί τινα εἴδη, δεήσει προσθεῖναι τὰ λείποντα εἴδη ἐν ἀμφοτέροις τοῖς μέρεσιν, ἕως ἂν ἑκατέρων τῶν μερῶν τὰ εἴδη ἐνυπάρχοντα γένηται, καὶ πάλιν ἀφελεῖν τὰ ὅμοια ἀπὸ τῶν ὁμοίων, ἕως ἂν ἑκατέρῳ τῶν μερῶν ἓν εἶδος καταλειφθῇ.

Φιλοτεχνείσθω δὲ τοῦτο ἐν ταῖς ὑποστάσεσι τῶν προτάσεων, ἐὰν ἐνδέχηται, ἕως ἂν ἓν εἶδος ἑνὶ εἴδει ἴσον καταλειφθῇ· ὕστερον δέ σοι δείξομεν καὶ πῶς δύο εἰδῶν ἴσων ἑνὶ καταλειφθέντων τὸ τοιοῦτον λύεται.

Νῦν δ' ἐπὶ τὰς προτάσεις χωρήσωμεν ὁδόν, πλείστην ἔχοντες τὴν ἐπ' αὐτοῖς τοῖς εἴδεσι συνηθροισμένην ὕλην. πλείστων δ' ὄντων τῷ ἀριθμῷ καὶ μεγίστων τῷ ὄγκῳ, καὶ διὰ τοῦτο βραδέως βεβαιουμένων ὑπὸ

---

6 *προσθήσεις* B. 9 *ὑφέλῃς* A, *ἀφαιρήσεις* B. 12 *εἴδη τινὰ ἴσα*] *ὕπαρξις Ba.* 15/16 *ἐν ἐλλείψεσι*] *ἐνελλείψῃ Ba.* 21 *πεφι-*

Tibi explicatis multiplicationibus, manifestae sunt Def. X
divisiones propositarum specierum; at bene erit hunc, qui talia tractare incepit, in additione, subtractione, multiplicatione specierum exercitatum esse. Species quoque positas et negatas sub variis coefficientibus sciat addere aliis speciebus sive positis sive similiter positis et negatis et a speciebus positis et negatis alias subtrahere sive positas, sive similiter positas et negatas.

Deinde, si a problemate aliquo provenit aequatio Def. XI
inter species aliquas et easdem species sub variis coefficientibus, ab utraque parte oportebit auferre similia a similibus, donec fiat una species aequalis uni speciei. Si autem aliquo modo positae sint quaedam species in negatione vel in alterutra parte, vel utrimque, oportebit utrimque addere species negatas, donec in utraque parte fiant species tantum positae, et rursus auferre similia a similibus, donec in utraque parte una tantum species remaneat.

Ad hoc igitur studiose exercita te ipsum in aequationibus problematum, et eas reduce, quantum fieri poterit, donec remaneat una species uni speciei aequalis; posterius tibi ostendemus quomodo solvitur quaestio, si remanent duae species quarum summa uni speciei aequalis sit.

Nunc ad propositiones ipsas ingrediamur viam, maximam habentes ex speciebus ipsis congestam materiam. Quum vero plurima sint numero, moleque amplissima, tarde retinentur ab iis quibus traduntur

---

λοτεχνήσθω Ba. 26 *τοῖς* om. *Ba.* 27 *τῷ ἀριθμῷ*] *τῶν ἀριθμῶν* AB. 28 *καὶ* om. *Ba.*

τῶν παραλαμβανόντων αὐτὰ καὶ ὄντων ἐν αὐτοῖς δυσμνημονευτῶν, ἐδοκίμασα τὰ ἐν αὐτοῖς ἐπιδεχόμενα διαιρεῖν, καὶ μάλιστα τὰ ἐν ἀρχῇ ἔχοντα στοιχειώδως ἀπὸ ἁπλουστέρων ἐπὶ σκολιώτερα διελεῖν ὡς προσῆκεν. οὕτως γὰρ εὐόδευτα γενήσεται τοῖς ἀρχομένοις, καὶ ἡ ἀγωγὴ αὐτῶν μνημονευθήσεται, τῆς πραγματείας αὐτῶν ἐν τρισκαίδεκα βιβλίοις γεγενημένης.

α.

Τὸν ἐπιταχθέντα ἀριθμὸν διελεῖν εἰς δύο ἀριθμοὺς ἐν ὑπεροχῇ τῇ δοθείσῃ.

Ἔστω δὴ ὁ δοθεὶς ἀριθμὸς ὁ ρ̄, ἡ δὲ ὑπεροχὴ Μ̊ μ̄. εὑρεῖν τοὺς ἀριθμούς.

Τετάχθω ὁ ἐλάσσων ς ᾱ· ὁ ἄρα μείζων ἔσται ς ᾱ Μ̊ μ̄· συναμφότεροι ἄρα γίνονται ς β̄ Μ̊ μ̄· δέδονται δὲ Μ̊ ρ̄.

Μ̊ ἄρα ρ̄ ἴσαι εἰσὶν ς β̄ Μ̊ μ̄.

καὶ ἀπὸ ὁμοίων ὅμοια. ἀφαιρῶ ἀπὸ τῶν ρ̄, Μ̊ μ̄, [καὶ ⟨ἀπὸ⟩ τῶν β̄ ἀριθμῶν καὶ τῶν μ̄ μονάδων ὁμοίως μονάδας μ̄·] λοιποὶ ς β̄ ἴσοι Μ̊ ξ̄. ἕκαστος ἄρα γίνεται ς, Μ̊ λ̄.

ἐπὶ τὰς ὑποστάσεις. ἔσται ὁ μὲν ἐλάσσων Μ̊ λ̄, ὁ δὲ μείζων Μ̊ ο̄, καὶ ἡ ἀπόδειξις φανερά.

β.

Τὸν ἐπιταχθέντα ἀριθμὸν δεῖ διελεῖν εἰς δύο ἀριθμοὺς ἐν λόγῳ τῷ δοθέντι.

Ἐπιτετάχθω δὴ τὸν ξ̄ διελεῖν εἰς δύο ἀριθμοὺς ἐν λόγῳ γ̄^{πλ.}.

---

1 αὐτὰ A *Ba*, αὐτοὺς B. 3 διαιρεῖν A, διαιρέσεις B. 4

et quorum in talibus parum valet memoria; quare expertus sum ea, quoad admissum fuerit, dividere et praecipue circa initium, quae elementorum vice funguntur, a simplicioribus ad perplexiora distinguere convenienter. Ita enim expeditiora fient incipientibus et processus memoriae haerebit; tredecim libris tractatus comprehendetur.

I.

Propositum numerum partiri in duos numeros in differentia data. 1

Sit nempe datus numerus 100, differentia 40. Invenire numeros.

Ponatur minor $= x$, maior igitur erit $x + 40$. Ergo amborum summa fit $2x + 40$: Data est autem $= 100$. Ergo

$$100 = 2x + 40.$$

A similibus similia: a 100 aufero 40 [et a $2x + 40$ similiter 40]; linquitur

$$2x = 60\,, \quad \text{unde fit } x = 30.$$

Ad positiones: erit minor $= 30$, maior $= 70$, et probatio evidens.

II.

Propositum numerum oportet partiri in duos numeros in ratione data. 2

Proponatur iam 60 partiri in duos numeros, quorum ratio sit 3.

ἐπισκολιώτερα *Ba*. 11 δὴ B, γὰρ A *Ba*. 12 Ante εὑρεῖν add. δεήσει *Ba*. 17 καὶ (alt.) .... μονάδας μ̄ (19) om. A, ἀπὸ (18) suppl. *Ba*. 19 ἕκαστος A, ἑκάτερος B. 24 δεῖ om. B.

Τετάχθω ὁ ἐλάσσων ς ᾱ· ὁ ἄρα μείζων ἔσται ς γ̄, καὶ ἔστιν ὁ μείζων τοῦ ἐλάσσονος τριπλασίων. δεῖ λοιπὸν τοὺς δύο ἴσους εἶναι M̊ ξ̄· ἀλλ' οἱ δύο συντεθέντες ς εἰσὶ δ̄.

ς ἄρα δ̄ ἴσοι M̊ ξ̄· ὁ ς ἄρα M̊ ι̅ε̅.

ὁ ἄρα ἐλάσσων ἔσται M̊ ι̅ε̅, ὁ δὲ μείζων M̊ μ̅ε̅.

γ.

Τὸν ἐπιταχθέντα ἀριθμὸν διελεῖν εἰς δύο ἀριθμοὺς ἐν λόγῳ καὶ ὑπεροχῇ τῇ δοθείσῃ.

Ἐπιτετάχθω δὴ τὸν π̄ διελεῖν εἰς δύο ἀριθμοὺς ἵνα ὁ μείζων τοῦ ἐλάσσονος γ^πλ. ᾖ καὶ ἔτι M̊ δ̄ ὑπερέχῃ.

Τετάχθω ὁ ἐλάσσων ς ᾱ, ὁ μείζων ἄρα ς γ̄ καὶ M̊ δ̄· καὶ ὁ μείζων τοῦ ἐλάσσονος ὢν γ^πλ. ἔτι καὶ M̊ δ̄ ὑπερέχει. λοιπὸν τοὺς δύο θέλω ἴσους εἶναι M̊ π̄· ἀλλ' οἱ δύο συντεθέντες ς εἰσὶ δ̄ καὶ M̊ δ̄.

ς ἄρα δ̄ καὶ M̊ δ̄ ἴσοι M̊ π̄.

καὶ ἀφαιρῶ ἀπὸ ὁμοίων ὅμοια· λοιπαὶ ἄρα M̊ ο̅ς̅ ἴσαι ς δ̄· καὶ γίνεται ὁ ς M̊ ι̅θ̅.

ἐπὶ τὰς ὑποστάσεις. ἔσται ἄρα ὁ ἐλάσσων ἀριθμὸς M̊ ι̅θ̅, ὁ δὲ μείζων M̊ ξ̅α̅, [προστιθεμένων τῶν δ̄ M̊ ὧν ἀφεῖλον ἀπὸ τῶν π̄ M̊. ἀφεῖλον γὰρ ὥστε εὑρεῖν πόσων M̊ ἔσται ἕκαστος ἀριθμός, ὕστερον δὲ τῷ μείζονι ἀριθμῷ προστίθημι τὰς δ̄ M̊, μετὰ τὸ γνῶναι πόσων ἕκαστος].

δ.

Εὑρεῖν δύο ἀριθμοὺς ἐν λόγῳ δοθέντι ὅπως καὶ ἡ ὑπεροχὴ αὐτῶν δοθῇ.

---

9 *τῇ δοθείσῃ*] *τοῖς δοθεῖσιν Ba.* 10 *δὴ* om. B. 16 *ἀριθμοὶ ἄρα τέσσαρες καὶ μονάδες δ̄* om. B, suppl. *Ba.* 18 M̊

Ponatur minor $= x$; maior igitur erit $3x$; ita maior minoris 3plus est. Oportet adhuc summam amborum esse 60; sed amborum summa est $4x$: ergo

$$4x = 60 \quad \text{et} \quad x = 15.$$

Erit igitur minor $= 15$ et maior $= 45$.

III.

Propositum numerum partiri in duos numeros in data ratione cum differentia. 3

Proponatur iam 80 partiri in duos numeros ita ut maior minoris 3plus sit et adhuc 4 unitatibus excedat.

Ponatur minor $= x$. Ergo maior $= 3x + 4$; ita maior minoris 3plus est et adhuc 4 unitatibus excedit. Reliquum volo summam amborum esse 80, sed summa amborum est $4x + 4$: ergo

$$4x + 4 = 80.$$

Aufero a similibus similia; remanent $76 = 4x$ et fit $x = 19$.

Ad positiones. Erit igitur minor numerus $= 19$ et maior $= 61$ [rursus additis 4 unitatibus quas abstuleram a 80; eas enim abstuleram ut invenirem quot unitatum esset uterque numerus; postea, quum novi quotus quisque sit, maiori numero addo illas 4].

IV.

Invenire duos numeros in ratione data, ita ut etiam eorum differentia data sit. 4

---

om. *Ba.* 20 *προστιθεμένων . . . ἕκαστος* (24) interpolatori tribuo. 26 *ὅπως* reiicit post *αὐτῶν* (27) B. 27 *δοθήσεται Ba.*

Ἐπιτετάχθω δὴ τὸν μείζονα τοῦ ἐλάσσονος εἶναι $ε^{πλ.}$, τὴν δὲ ὑπεροχὴν αὐτῶν ποιεῖν Μ̊ κ̄.

Τετάχθω ὁ ἐλάσσων ς ᾱ, ὁ ἄρα μείζων ἔσται ς ε̄. λοιπὸν θέλω ς ε̄ ὑπερέχειν ς ᾱ, Μ̊ κ̄· ἀλλ' ἡ ὑπεροχὴ αὐτῶν ἐστιν ς δ̄· οὗτοι ἴσοι Μ̊ κ̄.

ἔσται ὁ ἐλάσσων ἀριθμὸς Μ̊ ε̄, ὁ δὲ μείζων Μ̊ κε̄. καὶ μένει ὁ μείζων τοῦ ἐλάσσονος ὢν $ε^{πλ.}$, ἡ δὲ ὑπεροχὴ γίνεται Μ̊ κ̄.

ε.

Τὸν ἐπιταχθέντα ἀριθμὸν διελεῖν εἰς δύο ἀριθμοὺς ὅπως ἑκατέρου τῶν διῃρημένων τὰ δοθέντα μὴ τὰ αὐτὰ μέρη συντεθέντα ποιῇ τὸν δοθέντα ἀριθμόν.

Δεῖ δὴ τὸν διδόμενον ἀριθμὸν δίδοσθαι ὥστε εἶναι ἐν τῷ μεταξὺ τόπῳ τῶν γινομένων δύο ἀριθμῶν ἐὰν τοῦ ἐξ ἀρχῆς ἐπιταχθέντος ληφθῇ τὰ δοθέντα μὴ τὰ αὐτὰ μέρη.

Ἐπιτετάχθω δὴ τὸν ρ̄ διελεῖν εἰς δύο ἀριθμοὺς ὅπως τὸ τοῦ $α^{ου}$ ἀριθμοῦ $γ^{ον}$ καὶ τὸ τοῦ $β^{ου}$ $ε^{ον}$ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συντεθέντα ποιῇ Μ̊ λ̄.

Ἔταξα τὸ τοῦ $β^{ου}$ $ε^{ον}$, ς ᾱ· αὐτὸς ἄρα ἔσται ς ε̄· τὸ ἄρα τοῦ $α^{ου}$ $γ^{ον}$ ἔσται Μ̊ λ̄ ⋔ ς ᾱ· αὐτὸς ἄρα ἔσται Μ̊ ϟ̄ ⋔ ς γ̄. λοιπὸν θέλω τοὺς δύο συντεθέντας ποιεῖν Μ̊ ρ̄· ἀλλ' οἱ δύο συντεθέντες ποιοῦσιν ς β̄ καὶ Μ̊ ϟ̄· ταῦτα ἴσα Μ̊ ρ̄.

καὶ ἀπὸ ὁμοίων ὅμοια. λοιπαὶ ἄρα Μ̊ ῑ ἴσαι ς β̄. [ὁ ς ἄρα ἔσται Μ̊ ε̄.]

ἐπὶ τὰς ὑποστάσεις. ἔταξα τὸ τοῦ $β^{ου}$ $ε^{ον}$ ς ᾱ, ἔσται Μ̊ ε̄, αὐτὸς ἄρα Μ̊ κε̄· τὸ δὲ τοῦ $α^{ου}$ $γ^{ον}$, Μ̊ λ̄ ⋔ ς ᾱ,

---

2 αὐτοῖς *Ba.* 5 ταῦτα ἴσοι (οὗτοι above) (sic) A, ταῦτα ἴσα B. Post Μ̊ κ̄ suppl. καὶ γίνεται ὁ ἀριθμὸς ε̄ *Ba.* 11 ὅπως] ὅπερ *Ba.* ἑκατέρων (ου above) (sic) A, ἑκατέρων B. 12 ποιεῖ *Ba.* 13 ἀριθμὸν

Proponatur iam maiorem minoris esse 5plum et eorum differentiam facere 20.

Ponatur minor $= x$, erit igitur maior $= 5x$. Reliquum volo $5x$ et x habere differentiam 20, sed differentia horum est $4x$. Ista aequantur 20.

Erit minor numerus $= 5$, et maior $= 25$. Constat maiorem minoris esse 5plum et differentia fit 20.

V.

Propositum numerum partiri in duos numeros ita ut fractiones datae non eaedem utriusque partis faciant simul additae datum numerum.

Oportet datum numerum ita dari ut cadat inter duos numeros qui fient si propositi ab initio sumantur datae non eaedem fractiones.

Proponatur iam 100 partiri in duos numeros [x_1 et x_2] ita ut

$$\frac{1}{3}x_1 + \frac{1}{5}x_2 = 30.$$

Pono $\frac{1}{5}x_2 = x$, ergo $x_2 = 5x$; ergo $\frac{1}{3}x_1 = 30 - x$ et $x_1 = 90 - 3x$. Reliquum volo amborum summam facere 100, sed amborum summa facit $2x + 90$. Ista aequantur 100.

A similibus similia; remanent $10 = 2x$ [unde $x = 5$].

Ad positiones. Posui

$$\frac{1}{5}x_2 = x, \text{ hoc est } 5; \text{ ergo } x_2 = 25.$$

$$\frac{1}{3}x_1 = 30 - x, \text{ hoc est } 25; \text{ ergo } x_1 = 75,$$

---

om. *Ba.* 16 αὐτὰ om. B, suppl. *Ba.* 18 ὅπως] ὅπερ *Ba.* 19 ποιεῖ *Ba.* 20 ἔταξα] τάσσω *Ba.* 25 λοιπὸν *Ba.* 26 ὁ ἀριθμὸς ἄρα ἔσται μονάδων ε̄ B, ὁ ἄρα εἷς ς Μ̊ ε̄ A 2a man. in margine.

ἔσται $\overset{\circ}{M}\,\overline{\kappa\varepsilon}$, αὐτὸς ἄρα ἔσται $\overset{\circ}{M}\,\overline{o\varepsilon}$. καὶ μένει τὸ τοῦ $\alpha^{\text{ου}}$ $\gamma^{\text{ον}}$ καὶ τὸ τοῦ $\beta^{\text{ου}}$ $\varepsilon^{\text{ον}}$ $\overset{\circ}{M}\,\overline{\lambda}$, [ἅπερ κοινῇ συντεθέντα ποιοῦσι τὸν ἐπιταχθέντα ἀριθμόν].

ϛ.

Τὸν ἐπιταχθέντα ἀριθμὸν διελεῖν εἰς δύο ἀριθμοὺς ὅπως τὸ τοῦ πρώτου μέρος δοθὲν τοῦ τοῦ ἑτέρου μέρους δοθέντος ὑπερέχῃ δοθέντι ἀριθμῷ.

Δεῖ δὴ τὸν δοθέντα ἀριθμὸν ἐλάσσονα εἶναι τοῦ γινομένου ἀριθμοῦ ἐὰν τοῦ ἐξ ἀρχῆς ἐπιταχθέντος ληφθῇ τὸ δοθὲν μέρος ἐν ᾧ ἐστιν ἡ ὑπεροχή.

Ἐπιτετάχθω δὴ τὸν $\overline{\rho}$ διελεῖν εἰς δύο ἀριθμοὺς ὅπως τὸ τοῦ $\alpha^{\text{ου}}$ $\delta^{\text{ον}}$ τοῦ τοῦ $\beta^{\text{ου}}$ $ϛ^{\text{ου}}$ ὑπερέχῃ $\overset{\circ}{M}\,\overline{\kappa}$.

Ἔταξα τὸ τοῦ $\beta^{\text{ου}}$ $ϛ^{\text{ον}}$, ϛ $\overline{\alpha}$· αὐτὸς ἄρα ἔσται ϛ $\overline{ϛ}$. τὸ ἄρα τοῦ $\alpha^{\text{ου}}$ $\delta^{\text{ον}}$ ἔσται ϛ $\overline{\alpha}$ καὶ $\overset{\circ}{M}\,\overline{\kappa}$, αὐτὸς ἄρα ἔσται ϛ $\overline{\delta}$ καὶ $\overset{\circ}{M}\,\overline{\pi}$. λοιπὸν θέλω τοὺς δύο συντεθέντας ποιεῖν $\overset{\circ}{M}\,\overline{\rho}$· ἀλλ' οἱ δύο συντεθέντες ποιοῦσιν ϛ $\overline{\iota}$ καὶ $\overset{\circ}{M}\,\overline{\pi}$· ταῦτα ἴσα $\overset{\circ}{M}\,\overline{\rho}$.

ἀπὸ ὁμοίων ὅμοια. λοιπὸν ϛ $\overline{\iota}$ ἴσοι $\overset{\circ}{M}\,\overline{\kappa}$, καὶ γίνεται ὁ ϛ $\overset{\circ}{M}\,\overline{\beta}$.

ἐπὶ τὰς ὑποστάσεις. ἔταξα τὸ τοῦ $\beta^{\text{ου}}$ $ϛ^{\text{ον}}$, ϛ $\overline{\alpha}$· ἔσται $\overset{\circ}{M}\,\overline{\beta}$, αὐτὸς ἄρα ἔσται $\overset{\circ}{M}\,\overline{\iota\beta}$· τὸ δὲ τοῦ $\alpha^{\text{ου}}$ $\delta^{\text{ον}}$, ϛ $\overline{\alpha}$ καὶ $\overset{\circ}{M}\,\overline{\kappa}$· ἔσται $\overset{\circ}{M}\,\overline{\kappa\beta}$, αὐτὸς ἄρα ἔσται $\overset{\circ}{M}\,\overline{\pi\eta}$. καὶ μένει τὸ τοῦ $\alpha^{\text{ου}}$ $\delta^{\text{ον}}$ τοῦ τοῦ $\beta^{\text{ου}}$ $ϛ^{\text{ου}}$ ὑπέρεχον $\overset{\circ}{M}\,\overline{\kappa}$, [οἵτινες κοινῇ συντεθέντες ποιοῦσι τὸν ἐπιταχθέντα ἀριθμόν].

---

2 $\varepsilon^{\text{ον}}$] ἐπὶ τὸ αὐτὸ συντεθέντα ποιοῦσι addiderat A, delevit 1ª man. ἅπερ] ὥσπερ *Ba*. 6 τοῦ alter. om. B. 7 ὑπερέχει *Ba*. 12 ὑπερέχει *Ba*. 13 ἔταξα] τάσσω *Ba*. 15 καὶ om. *Ba*. 19 ὁ om. *Ba*. 21 ἔσται $\overset{\circ}{M}\,\overline{\beta}$ om. B.

et constat $\frac{1}{3}x_1 + \frac{1}{5}x_2$ esse 30, [et amborum summa facit propositum numerum].

VI.

Propositum numerum partiri in duos numeros ita 6
ut data primi fractio datam secundi fractionem superet dato numero.

Oportet datum numerum minorem esse numero qui fiet si propositi ab initio sumatur data fractio quae superat.

Proponatur iam 100 partiri in duos numeros [x_1 et x_2] ita ut

$$\frac{1}{4}x_1 - \frac{1}{6}x_2 = 20.$$

Pono $\frac{1}{6}x_2 = x$. Ergo $x_2 = 6x$, ergo $\frac{1}{4}x_1 = x + 20$, ergo $x_1 = 4x + 80$.

Reliquum volo summam amborum facere 100, sed summa amborum $(x_1 + x_2)$ facit $10x + 80$. Ista aequantur 100.

A similibus similia: remanet $10x = 20$ et fit $x = 2$.

Ad positiones. Est

$$\frac{1}{6}x_2 = x, \text{ hoc est } 2, \text{ ergo } x_2 = 12,$$

$$\frac{1}{4}x_1 = x + 20, \text{ hoc est } 22, \text{ ergo } x_1 = 88,$$

et constat $\frac{1}{4}x_1 - \frac{1}{6}x_2$ esse 20, [qui numeri $(x_1 + x_2)$ simul additi faciunt propositum numerum].

ζ.

Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἀριθμοῦ ἀφελεῖν δύο δοθέντας ἀριθμοὺς καὶ ποιεῖν τοὺς λοιποὺς πρὸς ἀλλήλους λόγον ἔχειν δεδομένον.

Ἐπιτετάχθω δὴ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἀριθμοῦ ἀφελεῖν τὸν ρ̅ καὶ τὸν κ̅, καὶ ποιεῖν τὰ μείζονα τῶν ἐλασσόνων $\gamma^{\pi\lambda}$.

Τετάχθω ὁ ζητούμενος ϛ α̅· κἂν μὲν ἀπὸ τούτου ἀφέλω τὸν ρ̅, λοιπὸς ϛ α̅ ⋔ Μ̊ ρ̅· ἐὰν δὲ τὸν κ̅, λοιπὸς ϛ α̅ ⋔ Μ̊ κ̅. καὶ δεήσει τὰ μείζονα τῶν ἐλασσόνων εἶναι $\gamma^{\pi\lambda}$· τρὶς ἄρα τὰ ἐλάσσονα ἴσα ἐστὶ τοῖς μείζοσι, τρὶς δὲ τὰ ἐλάσσονα γίνεται ϛ γ̅ ⋔ Μ̊ τ̅. ταῦτα ἴσα ϛ α̅ ⋔ Μ̊ κ̅.

κοινὴ προσκείσθω ἡ λεῖψις· γίνεται ϛ γ̅ ἴσοι ϛ α̅ καὶ Μ̊ σπ̅. καὶ ἀφῃρήσθω ἀπὸ ὁμοίων ὅμοια. λοιπὸν ϛ β̅ ἴσοι Μ̊ σπ̅, καὶ γίνεται ὁ ϛ Μ̊ ρμ̅.

ἐπὶ τὰς ὑποστάσεις. ἔταξα τὸν ζητούμενον ἀριθμὸν ϛ α̅, ἔσται ἄρα Μ̊ ρμ̅. κἂν μὲν ἀπὸ τούτου ἀφέλω τὸν ρ̅, λοιπαὶ Μ̊ μ̅· ἐὰν δὲ τὸν κ̅, λοιπαὶ Μ̊ ρκ̅. καὶ μένει τὰ μείζονα τῶν ἐλασσόνων τριπλάσια.

η.

Δυσὶ δοθεῖσιν ἀριθμοῖς προσθεῖναι τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν καὶ ποιεῖν τοὺς γενομένους πρὸς ἀλλήλους λόγον ἔχειν δεδομένον.

Δεῖ δὴ τὸν διδόμενον λόγον ἐλάσσονα εἶναι τοῦ λόγου οὗ ἔχει ὁ μείζων τῶν δοθέντων πρὸς τὸν ἐλάσσονα.

Ἐπιτετάχθω δὴ τῷ ρ̅ καὶ τῷ κ̅ προσθεῖναι τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν καὶ ποιεῖν τὰ μείζονα τῶν ἐλασσόνων $\gamma^{\pi\lambda}$.

---

2 Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἀριθμοῦ] Εὑρεῖν ϛ ἀφ' οὗ ἀριθμοῦ δεῖ

VII.

Ab eodem numero subtrahere duos datos numeros 7
et facere residuos inter se habentes datam rationem.

Proponatur iam ab eodem numero subtrahere 100 et 20 et maiorem residuum facere minoris 3^{plum}.

Ponatur quaesitus $= x$. Si ab eo subtraho 100, residuus $= x - 100$; si 20, residuus $= x - 20$.

Oportebit maiorem minoris esse 3^{plum}. Ergo ter minor aequalis est maiori; sed ter minor fit $3x - 300$. Aequetur $x - 20$.

Utrimque addantur negata; fit $3x = x + 280$.

Auferantur a similibus similia, remanet $2x = 280$ et fit $x = 140$.

Ad positiones. Est quaesitus numerus $= x$, erit igitur 140, a quo si subtraho 100, residuus est 40; si 20, residuus est 120, et constat maiorem minoris esse triplum.

VIII.

Duobus datis numeris addere eundem numerum 8
et facere summas inter se datam habentes rationem.

Oportet datam rationem minorem esse ratione maioris dati ad minorem.

Proponatur iam numeris 100 et 20 addere eundem numerum et facere maiorem summam minoris 3^{plam}.

A ex corr. 2^a m. 6 ἐλαττόνων B (item 10). 7 τριπλάσια AB (item 11). 9 ἐὰν δὲ τὸν κ] κἂν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἀριθμοῦ ἀφέλω τὸν κ̅ Ba (lacunam supplens in codice H). 12 δὲ] ἄρα add. B. α̅ om. A. 13 γίνονται Ba. 14 λοιποὶ B. 24 ἐλάττονα B (item 25). 28 ἐλαττ. Ba (item p. 26, 20. τριπλάσια AB (item p. 26, 4)

Τετάχθω ὁ προστιθέμενος ἑκατέρῳ ἀριθμῷ ϛ ᾱ. κἂν μὲν τῷ ρ̅ προστεθῇ, ἔσται ϛ ᾱ M̊ ρ̅· ἐὰν δὲ τῷ κ̅, γίνεται ϛ ᾱ M̊ κ̅. καὶ δεήσει τὰ μείζονα τῶν ἐλασσόνων εἶναι $γ^{πλ.}$· τρὶς ἄρα τὰ ἐλάσσονα ἴσα ἔσται τοῖς μείζοσι. τρὶς δὲ τὰ ἐλάσσονα γίνεται ϛ γ̅ M̊ ξ̅· ταῦτα ἴσα ϛ ᾱ M̊ ρ̅.

ἀπὸ ὁμοίων ὅμοια. λοιποὶ ϛ β̅ ἴσοι M̊ μ̅, καὶ γίνεται ὁ ϛ M̊ κ̅.

ἐπὶ τὰς ὑποστάσεις. ἔταξα τὸν προστιθέμενον ἑκατέρῳ ἀριθμῷ ϛ ᾱ, ἔσται M̊ κ̅. κἂν μὲν τῷ ρ̅ προστεθῇ, γίνονται M̊ ρ̅κ̅· ἐὰν δὲ τῷ κ̅, γίνονται M̊ μ̅. καὶ μένει τὰ μείζονα τῶν ἐλασσόνων τριπλάσια.

θ.

Ἀπὸ δοθέντων δύο ἀριθμῶν ἀφελεῖν τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν καὶ ποιεῖν τοὺς λοιποὺς πρὸς ἀλλήλους λόγον ἔχειν δεδομένον.

Δεῖ δὴ τὸν διδόμενον λόγον μείζονα εἶναι τοῦ λόγου οὗ ἔχει ὁ μείζων τῶν δοθέντων πρὸς τὸν ἐλάσσονα.

Ἐπιτετάχθω δὴ ἀπὸ τοῦ κ̅ καὶ τοῦ ρ̅ ἀφελεῖν τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν καὶ ποιεῖν τὰ μείζονα τῶν ἐλασσόνων $ϛ^{πλ.}$.

Τετάχθω ὁ ἀφαιρούμενος ἀφ᾽ ἑκατέρου ἀριθμοῦ, ϛ ᾱ. κἂν μὲν ἀπὸ τοῦ ρ̅ ἀφαιρεθῇ, λοιπαὶ M̊ ρ̅ ⋔ ϛ ᾱ· ἐὰν δὲ ἀπὸ τοῦ κ̅, λοιπαὶ M̊ κ̅ ⋔ ϛ ᾱ. καὶ δεήσει τὰ μείζονα τῶν ἐλασσόνων εἶναι $ϛ^{πλ.}$· $ϛ^{κις}$ ἄρα τὰ ἐλάσσονα ἴσα ἐστὶ τοῖς μείζοσιν, $ϛ^{κις}$ δὲ τὰ ἐλάσσονα ποιεῖ M̊ ρ̅κ̅ ⋔ ϛ ϛ̅· ταῦτα ἴσα M̊ ρ̅ ⋔ ϛ ᾱ.

κοινὴ προσκείσθω ἡ λεῖψις, καὶ ἀφῃρήσθω ἀπὸ ὁμοίων ὅμοια. λοιποὶ ϛ ε̅ ἴσοι M̊ κ̅, καὶ γίνεται ὁ ϛ M̊ δ̅.

5 ἐλαττ. B (item 11, 17, p. 28, 12). 16 δεδομένον *Ba.*

Ponatur addendus utrique numero $= x$; si additur 100, erit $x + 100$; si 20, fit $x + 20$, et oportebit maiorem summam minoris esse 3^{plam}. Ergo ter minor aequalis erit maiori; sed ter minor fit

$$3x + 60, \text{ quae aequantur } x + 100.$$

A similibus similia; remanent $2x = 40$ et fit $x = 20$.

Ad positiones. Addendus utrique numero est x, erit 20. Si additur 100, fiet 120; si 20, fiet 40, et constat maiorem summam minoris esse 3^{plam}.

IX.

A datis duobus numeris subtrahere eundem nume- 9
rum et facere residuos inter se datam habentes rationem.

Oportet datam rationem maiorem esse ratione maioris dati ad minorem.

Proponatur iam a 20 et 100 subtrahere eundem numerum et facere residuum maiorem minoris 6^{plum}.

Ponatur subtrahendus ab utroque numero $= x$; si a 100 aufertur, remanent $100 - x$, si a 20, remanent $20 - x$, et oportebit maiorem residuum minoris esse 6^{plum}. 6^{ies} igitur minor aequalis erit maiori; sed 6^{ies} minor facit $120 - 6x$, quae aequentur $100 - x$.

Utrimque addantur negata et auferantur a similibus similia. Remanent $5x = 20$ et fit $x = 4$.

17 οὗ] ὃν *Ba.* 20 ἑξαπλάσια AB (item 24). 23 ἐὰν δὲ .... ⋔ ϛ α om. A. τοῦ κ] τῶν κ̅ B. 27 ἀφαιρήσθω A.

ἐπὶ τὰς ὑποστάσεις. ἔταξα τὸν ἀφαιρούμενον ἀφ' ἑκατέρου ἀριθμοῦ ϛ α̅, ἔσται Μ̊ δ̅. κἂν μὲν ἀπὸ τοῦ ρ̅ ἀφαιρεθῇ, λοιπαὶ Μ̊ ϟ̅ϛ̅· ἐὰν δὲ ἀπὸ τοῦ κ̅, λοιπαὶ Μ̊ ι̅ϛ̅. καὶ μένει τὰ μείζονα τῶν ἐλασσόνων ὄντα ἑξαπλάσια.

ι.

Δυσὶ δοθεῖσιν ἀριθμοῖς, τῷ μὲν ἐλάσσονι αὐτῶν προσθεῖναι, ἀπὸ δὲ τοῦ μείζονος ἀφελεῖν τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν καὶ ποιεῖν τὸν γενόμενον πρὸς τὸν λοιπὸν λόγον ἔχειν δεδομένον.

Ἐπιτετάχθω τῷ μὲν κ̅ προσθεῖναι, ἀπὸ δὲ τοῦ ρ̅ ἀφελεῖν τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν καὶ ποιεῖν τὰ μείζονα τῶν ἐλασσόνων δ$^{πλ.}$.

Τετάχθω ὁ προστιθέμενος καὶ ἀφαιρούμενος ἑκατέρῳ ἀριθμῷ ϛ α̅. κἂν μὲν τῷ κ̅ προστεθῇ, γίνεται ϛ α̅ Μ̊ κ̅· ἐὰν δὲ τοῦ ρ̅ ἀφαιρεθῇ, γίνεται Μ̊ ρ̅ ⋔ ϛ α̅. καὶ δεήσει τὰ μείζονα τῶν ἐλασσόνων εἶναι δ$^{πλ.}$· δ^{κις} ἄρα τὰ ἐλάσσονα ἴσα ἐστὶ τοῖς μείζοσι, δ^{κις} δὲ τὰ ἐλάσσονα γίνεται Μ̊ υ̅ ⋔ ϛ δ̅· ταῦτα ἴσα ϛ α̅ Μ̊ κ̅.

κοινὴ προσκείσθω ἡ λεῖψις, καὶ ἀφῃρήσθω ἀπὸ ὁμοίων ὅμοια. λοιποὶ ϛ ε̅ ἴσοι Μ̊ τ̅π̅, καὶ γίνεται ὁ ϛ Μ̊ ο̅ϛ̅.

ἐπὶ τὰς ὑποστάσεις. ἔταξα τὸν προστιθέμενον καὶ ἀφαιρούμενον ἀφ' ἑκατέρου ἀριθμοῦ ϛ α̅, ἔσται Μ̊ ο̅ϛ̅. κἂν μὲν τῷ κ̅ Μ̊ ο̅ϛ̅ προστεθῶσι, γίνονται Μ̊ ϟ̅ϛ̅· ἐὰν δὲ τοῦ ρ̅ ἀφαιρεθῶσι, λοιπαὶ Μ̊ κ̅δ̅. καὶ μένει τὰ μείζονα τῶν ἐλασσόνων ὄντα τετραπλάσια.

7/8 τὸν αὐτὸν τὸν ἀριθμὸν *Ba*. 12 τετραπλάσια AB. 16 ἐλαττόνων *Ba* (item ἐλαττ. p. 30, 12). 16/17 τετράκις γὰρ ἄρα B (non *Ba*). 17 ἐλάττονα B (item ἐλαττ. 26, p. 30, 7, 19 [bis]).

Ad positiones. Auferendus ab utroque numero est x, erit 4. Si a 100 aufertur, remanent 96; si a 20, remanent 16 et constat maiorem residuum minoris esse 6$^{\text{plum}}$.

X.

Duobus datis numeris, minori horum addere, a maiori auferre eundem numerum et facere summam ad residuum datam habentem rationem.

Proponatur iam numero 20 addere, a 100 auferre eundem numerum et facere maiora minorum 4$^{\text{pla}}$.

Ponatur addendus et auferendus utrique numero $= x$. Si 20 additur, fit $x + 20$; si a 100 aufertur, fit $100 - x$, et oportebit maiora minorum esse 4$^{\text{pla}}$. Quater ergo minora aequalia sunt maioribus; sed quater minora fiunt

$$400 - 4x, \text{ quae aequentur } x + 20.$$

Utrimque addantur negata et auferantur a similibus similia. Remanent $5x = 380$ et fit $x = 76$.

Ad positiones. Addendus et auferendus utrique numero est x, erit 76. Si 20 adduntur 76, fiet 96, si a 100 auferuntur, remanent 24 et constat maiora minorum esse 4$^{\text{pla}}$.

ια.

Δύο δοθέντας ἀριθμοὺς ὃν μὲν προσθεῖναι, τὸν δὲ ἕτερον ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἀριθμοῦ, καὶ ποιεῖν τοὺς γενομένους πρὸς ἀλλήλους λόγον ἔχειν δεδομένον.

Ἐπιτετάχθω τὸν μὲν κ̄ προσθεῖναι, τὸν δὲ ρ̄ ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἀριθμοῦ καὶ ποιεῖν τὰ μείζονα τῶν ἐλασσόνων $\gamma^{\pi\lambda.}$.

Ἔστω ὁ ζητούμενος ϛ ᾱ. κἂν μὲν τούτῳ προσθῶμεν M̊ κ̄, γίνεται ϛ ᾱ M̊ κ̄· ἐὰν δὲ ἀπὸ τούτου ἀφαιρεθῶσι M̊ ρ̄, λοιπὸς ϛ ᾱ ⋔ M̊ ρ̄. καὶ δεήσει τὰ μείζονα τῶν ἐλασσόνων εἶναι $\gamma^{\pi\lambda.}$· τρὶς ἄρα τὰ ἐλάσσονα ἴσα ἐστὶ τοῖς μείζοσι. ἀλλὰ τρὶς τὰ ἐλάσσονα γίνεται ϛ γ̄ ⋔ M̊ τ̄.

ϛ ἄρα γ̄ ⋔ M̊ τ̄ ἴσα ἐστὶ ϛ ᾱ M̊ κ̄.

κοινὴ προσκείσθω ἡ λεῖψις, καὶ ἀφῃρήσθω ἀπὸ ὁμοίων ὅμοια.

M̊ τ̅κ̅ ἄρα ἴσα εἰσὶν ϛ β̄, καὶ γίνεται ὁ ϛ M̊ ρ̅ξ̅.

ἐπὶ τὰς ὑποστάσεις. ἔσται ἄρα ὁ μὲν μείζων M̊ ρ̅π̅, ὁ δὲ ἐλάσσων M̊ ξ̄. καὶ μένει τὰ μείζονα τῶν ἐλασσόνων τριπλάσια.

ιβ.

Τὸν ἐπιταχθέντα ἀριθμὸν διελεῖν εἰς δύο ἀριθμοὺς δίς, ὅπως ὁ εἷς τῶν ἐκ τῆς πρώτης διαιρέσεως πρὸς ἕνα τῶν ἐκ τῆς δευτέρας διαιρέσεως λόγον ἔχῃ δεδομένον, ὁ δὲ λοιπὸς τῶν ἐκ τῆς δευτέρας διαιρέσεως πρὸς τὸν λοιπὸν τὸν ἐκ τῆς πρώτης διαιρέσεως λόγον ἔχῃ δεδομένον.

Ἐπιτετάχθω δὴ τὸν ρ̄ διελεῖν εἰς δύο ἀριθμοὺς

4 γενομένους A*Ba*, δεδομένους B. 7 τριπλάσια AB

XI.

Duorum datorum numerorum alterum addere, alte- 11
rum auferre ab eodem numero et facere summam datam habentem rationem ad residuum.

Proponatur addere 20, auferre 100 ab eodem numero et maiora facere minorum 3pla.

Sit quaesitus $= x$, si huic addimus 20, fit $x + 20$; si ab eo auferuntur 100, remanet $x - 100$, et oportebit maiora minorum esse 3pla. Ter ergo minora maioribus aequalia sunt; sed ter minora fiunt $3x - 300$; ergo

$$3x - 300 = x + 20.$$

Utrimque addantur negata et auferantur a similibus similia. Sic

$$320 = 2x \text{ et fit } x = 160.$$

Ad positiones. Erunt maiora $= 180$ et minora $= 60$; constat maiora minorum 3pla esse.

XII.

Propositum numerum partiri in duos numeros bis, 12
ita ut unus ex prima partitione ad unum ex secunda partitione rationem habeat datam et reliquus ex secunda partitione ad reliquum ex prima partitione rationem habeat datam.

Proponatur iam 100 partiri in duos numeros bis,

(item 11). 9/10 ἀφαιρεθῇ A (non V) B. 11 τὰ (post ἄρα) om. A. 24 ἔχει A (item 27). 26 πρὸς] παρὰ A. τὸν (alt.)] τῶν *Ba*. 27 ἔχειν B.

δίς, ὅπως ὁ μείζων τῶν ἐκ τῆς α^ης^ διαιρέσεως τοῦ ἐλάσσονος τῶν ἐκ τῆς β^ας^ διαιρέσεως ᾖ β^πλ.^, ὁ δὲ μείζων τῶν ἐκ τῆς β^ας^ διαιρέσεως τοῦ ἐλάσσονος τῶν ἐκ τῆς α^ης^ διαιρέσεως ᾖ γ^πλ.^.

Τετάχθω ὁ ἐλάσσων ὁ ἐκ τῆς β^ας^ διαιρέσεως ς ᾱ, ὁ ἄρα μείζων τῶν ἐκ τῆς α^ης^ διαιρέσεως ἔσται ς β̄· ὁ ἐλάσσων ἄρα τῶν ἐκ τῆς α^ης^ διαιρέσεως ἔσται Μ̊ ρ̄ ⋀ ς β̄· καὶ ἐπεί ἐστιν αὐτοῦ τριπλασίων ὁ μείζων τῶν ἐκ τῆς β^ας^ διαιρέσεως, ἔσται Μ̊ τ̄ ⋀ ς ς̄. λοιπόν ἐστι καὶ τοὺς τῆς β^ας^ διαιρέσεως συντεθέντας ποιεῖν Μ̊ ρ̄· ἀλλὰ συντεθέντες ποιοῦσι Μ̊ τ̄ ⋀ ς ε̄· ταῦτα ἴσα Μ̊ ρ̄, καὶ γίνεται ὁ ς Μ̊ μ̄.

ἐπὶ τὰς ὑποστάσεις. ἔταξα τὸν μείζονα τῶν ἐκ τῆς α^ης^ διαιρέσεως ς β̄, ἔσται Μ̊ π̄· τὸν δὲ ἐλάσσονα ⟨τῶν ἐκ⟩ τῆς αὐτῆς διαιρέσεως Μ̊ ρ̄ ⋀ ς β̄, ἔσται Μ̊ κ̄· τὸν δὲ μείζονα τὸν ἐκ τῆς β^ας^ διαιρέσεως Μ̊ τ̄ ⋀ ς ς̄, ἔσται Μ̊ ξ̄· τὸν δὲ ἐλάσσονα τὸν ἐκ τῆς β^ας^ διαιρέσεως ς ᾱ, ἔσται Μ̊ μ̄. καὶ φανερὰ ἡ ἀπόδειξις.

ιγ.

Τὸν ἐπιταχθέντα ἀριθμὸν διελεῖν εἰς δύο ἀριθμοὺς τρίς, ὅπως ὁ εἷς τῶν ἐκ τῆς πρώτης διαιρέσεως πρὸς ἕνα τῶν ἐκ τῆς δευτέρας διαιρέσεως λόγον ἔχῃ δεδομένον, ὁ δὲ λοιπὸς τῶν ἐκ τῆς δευτέρας διαιρέσεως πρὸς ἕνα τῶν ἐκ τῆς τρίτης διαιρέσεως λόγον ἔχῃ δεδομένον, καὶ ἔτι ὁ λοιπὸς τῶν ἐκ τῆς τρίτης διαιρέσεως πρὸς τὸν λοιπὸν τὸν ἐκ τῆς πρώτης διαιρέσεως λόγον ἔχῃ δεδομένον.

5 ὁ ἐκ] *τῶν ἐκ* B. 6 *ἔσται . . . . ἔσται* (7) inter lineas A 1^a^ man. 7 *ἐλάττων* AB. *ἔσται* om. B. 8 *ἔστι Ba.*

ita ut maior ex prima partitione (X_1) minoris ex secunda partitione (X_2) sit 2^{plus}, et maior ex secunda partitione (X_2) minoris ex prima partitione (X_1) sit 3^{plus}.

Ponatur
$$X_2 = x,$$
erit ergo
$$X_1 = 2x.$$
Erit igitur
$$X_1 = 100 - 2x,$$
et quoniam X_2 huius est 3^{plus}, erit $X_2 = 300 - 6x$.

Linquitur summam $X_2 + X_2$ facere 100, sed haec summa facit $300 - 5x$. Ista aequantur 100 et fit $x = 40$.

Ad positiones. Est
$$X_1 = 2x;\ \text{erit } 80,$$
$$X_1 = 100 - 2x;\ \text{erit } 20,$$
$$X_2 = 300 - 6x;\ \text{erit } 60,$$
$$X_2 = x;\ \text{erit } 40,$$
et probatio evidens est.

XIII.

Propositum numerum partiri in duos numeros ter, ita ut unus ex 1^a^ partitione ad unum ex 2^a^ partitione rationem habeat datam; ut reliquus ex 2^a^ partitione ad unum ex 3^a^ partitione rationem habeat datam; ut denique reliquus ex 3^a^ partitione ad reliquum ex 1^a^ partitione rationem habeat datam. 13

10 *ἐστι*] *ἄρα Ba.* 22 *ἔχει* A (item 24, 27). 26 *τὸν ἐκ*] *τῶν ἐκ* B.

Ἐπιτετάχθω δὴ τὸν ρ̄ διελεῖν εἰς δύο ἀριθμοὺς τρίς, ὅπως ὁ μείζων τῶν ἐκ τῆς α^{ης} διαιρέσεως τοῦ ἐλάσσονος τῶν ἐκ τῆς β^{ας} ᾖ γ$^{πλ.}$, ὁ δὲ μείζων τῶν ἐκ τῆς β^{ας} διαιρέσεως τοῦ ἐλάσσονος τῶν ἐκ τῆς γ^{ης} ᾖ β$^{πλ.}$, καὶ ἔτι ὁ μείζων τῶν ἐκ τῆς γ^{ης} διαιρέσεως τοῦ ἐλάσσονος τῶν ἐκ τῆς α^{ης} ᾖ δ$^{πλ.}$.

